

INDEX CAPITUM.

Authores congeruntur in unum, ac inter alios, Antonius Gabriel, Didacus Covarruvias, D. Francisc. Sarmient. Simon de Prætis, Marcus Antonius Peregrinus, Angelus Mathecius, Pelaez à Mieres, Fortunius Garfia, & Andreas Fachineus, magis commendantur: & redditur ratio, quare hujusce capituli majorem disputationem Author omiserit. p. 165.
 CAP. XXIX. Ad explicationem textus, in l. & quia, in fine, ff. de jurisdictione omnium judicum: in cap. gratum, in cap. relatum, & in cap. licet undique, de officio & potestate judic. delegat. in cap. quomodo, & in cap. si delegatus, eodem titulo, lib. 6. & in cap. ultimo, de officio Legati, diligens equidem, accurata, & nova, vera tamen, atque notanda interpretatio traditur, quia (ut videbis lector) adnotantur nonnulla

per Authorem, quæ nullibi invenies scripta, etsi Interpretum omnium, atque aliorum traditiones, sive observationes perlegeris; & in effectu res hæc distinctione, & certa resolutione explanatur, quæ velut in tenebris antea fuisse videbatur. p. 167.
 CAP. XXX. Ordo & forma, quæ in l. 27. Tauri, præscribitur, utrum servari debeat non solum in substitutionibus descendentium legitimorum, sed etiam illegitimorum, tam respectu patris, quam matris? Ubi omnia recensentur in unum, quæ hujus regni Scriptores hæcenus tradiderunt: his & noviter, & verè adjiciuntur nonnulla, quæ dictæ legis Regiæ mentem, & intentionem dilucidè magis declarant, nec per aliquem fuerant hucusque sic adnotata, nec scripta. p. 171.

INDEX QUÆSTIONUM

In hoc TOMO SECUNDO contentarum.

- CAP. I. DE Lucro cessante, & Damno Emergente.
- II. De Fideicommissio Masculino.
 - III. De Promissione obligationis futuræ.
 - IV. De Fœminarum exclusionem vel inclusionem in Majoratu.
 - V. De Acquirente Rem Alienam à Fisco.
 - VI. De Captatoria voluntate & de remissa in arbitrium alterius.
 - VII. De Meliorationibus juxta formam leg. 27. Tauri faciendis.
 - VIII. De Rescindenda Venditione.
 - IX. De Instantia cœpta de Majoratu qualiter transeat in hæredes.
 - X. De Substitutione Vulgari.
 - XI. De Filiis ex putativo matrimonio procreatis.
 - XII. De Liberis in Conditione positis &c.
 - XIII. De Melioratione Bonorum in Tertio à Patre facta.
 - XIV. De Substitutione Pupillari.
 - XV. Substitutio Pupillaris quare introducta.
 - XVI. De Fide & Autoritate Instrumentorum.
 - XVII. Ad Ornatum Legis Hæreditas ff. de petit. hæredit.
 - XVIII. De Testamentis plurium in eadem chartâ confectis.
 - XIX. De Inofficioso Fratris Testamento.
 - XX. De Jure Repræsentationis in Majoratu.
 - XXI. De Substitutionibus in genere.
 - XXII. De Institutione Majoratus.
 - XXIII. De Instrumento remisso uni ex correis debendi.
 - XXIV. De Legato Quantitatis in pecuniis relicto, an præcisè in pecuniis solvi debeat, quamvis pecunia in hæreditate non sit?
 - XXV. De Contractu simulato & usuris palliatis.
 - XXVI. De Mandato Alternativo.
 - XXVII. An emancipato filio nepos sit instituendus.
 - XXVIII. De Potestate Principis circa tollendum jus quæsitum.
 - XXIX. De Jurisdictione Delegati perpetuanda.
 - XXX. De Forma leg. 27. Tauri in Majoratibus servanda.

D. JOAN-

D. JOANNIS
 DEL CASTILLO
 SOTO MAYOR
 QUOTIDIANARUM
 CONTROVERSIARUM JURIS
 LIBER SECUNDUS.

CAPUT I.

De Lucro cessante, & damno emergente.

Interesse lucri cessantis, & damni emergentis, à quo, & quando licitè peti possit: an ex conventionem, vel citra conventionem; ex culpa, aut mora debitoris tantum, vel absque culpa, & mora: ut petatur, an debeat esse certum, & quando dicatur certum: item an requiratur, quod petens solitus sit negotiari cum pecunia, vel non; quomodo illud probetur, deducatur, & consideretur, & quid necessariò probandum sit ab agente: diligens quidem, & accurata explanatio: ubi quæ ab aliis hæcenus dicta sunt, & scripta, distinctione, & resolutione explicantur; sic ut quærendi alibi necessitas amplius non imineat, materia ista singulari ordine composita, & dilucidè magis, quàm antea erat, resoluta proponitur; ac denique nonnulla, & noviter, & verè adnotata per Authorem traduntur.

SUMMARIUM.

- 1 De Interesse lucri cessantis, & damni emergentis, tractatum & disputationem suscipiens Auctor, quid principaliter intenderit.
- 2 De interesse lucri cessantis, & damni emergentis, per multas quæstiones excitari communitur.
- 3 Reduci tamen in effectu ad eas, quæ in argumento hujus capituli, & hoc numero proponuntur.
- 4 Joannes Bolognetus, tractatu, resolutione, & explicatione hujus materia, multos alios antecellit, idcirco videndus erit omnino.
- 5 Franciscum Barsatum, optimè, & eruditè loquutum in hac materia.
- 6 Josephum Mascardum, plenissima, & absoluta, atque distincta manu in hac materia scribere, idcirco præ oculis habendum, & omnino legendum.
- 7 Hippolytus Riminaldus, plene, & eruditè (ut solet) materiam hanc pertractat, & in negotiis variis consultus, multa dicit notata quidem digna, ut hoc numero adnotatur, ubi ejusdem Authoris plura consilia recensentur in unum.

Joan. del Castillo Quotid. Controv. Juris. Tom. II.

- 8 D. Petrum de Barbosa, magistraliter, & doctè in hac materia loquutum, & aliorum resolutiones per cepisse distinxit.
- 9 Ludovicus Molina, è Societate Jesu religiosus, laudatur.
- 10 Ludovici Molina, Michaelis Salomè Valentini, & Alphonsi à Villagutta resolutiones in hac materia, adeò plenas & absolutas esse, ut prædicti Authores, nihil, quod in proposito excogitari possit, intactum relinquunt.
- 11 Patrem Petrum de Aragon latè, & eruditè quidem, atque ingeniosè egisse de hac materia.
- 12 Blasii Flores Diaz de Mena, ex mente communi, novissimam, & generalem resolutionem in hac materia tenendam, & ad illam advertere debere eos qui non ingenti studio aliorum scripta, & resolutiones prælegerint, ne facile in istis rebus dijudicandi decipi possint, quod ex defectu lecturæ Scribentium passim contingit.
- 13 Usura licet omni jure prohibita sit, Divino, Naturali, Canonico, & Regio, ac etiam Civili, juxta declarationem communem intelligendo.
- 14 Tamen interesse lucri cessantis, & damni emergentis, quod verè creditoris interest, rectè ab eo exigitur absque labe, aut periculo usurarum, idque ultra sortem ipsam principalem, ac etiam jure Pontificio.
- 15 Quia non usura, sed interesse, & damnum petuntur.
- 16 Et in hoc nullus Scribentium dissentit.
- 17 Dummodò bonus, & discretus Judex animadvertat, quod interesse petitum sit verum, nec antea concedatur, quàm constet verisimiliter de damno contingenti creditori, aut de lucro, quod illi evenire potuisset: item quod omnis dolus, & fraus palliandi usuras absit.
- 18 Quod ex persona creditoris, item & debitoris, qualitate negotii, & rerum circumstantiis poterit dijudicare.
- 19 Ac creditorem justè petentem admittere, usurarium verò, vel palliatum, rejicere.
- 20 Quoniam Judices boni, & optimi debent repellere usurarios à limine judicii, & eos severiter punire, cum sint devoratores pauperum, & oppressorum.
- 21 Interesse bodie de jure Canonico non debetur nisi in quatuor casibus ex sententia Jacobi Mandelli de Alba, quæ hoc numero præcitur, ac pro regula generali hujus materia commendatur.
- 22 Interesse damni emergentis, & lucri cessantis causam, non eandem, sed diversam esse in nonnullis sive diversum jus in illis constitui, prout hoc numero adnotatur, & ibidem probatur labi Doctores utrumque interesse confundentes, & simul utrumque tractantes, idcirco distinguendum esse unum ab altero,

A. 26

- ac de unoquoque separatim agendum, ne confusè, sed distinctè procedatur.
- 23 Interesse triplex, commune, singulare, & conventum; & de unoquoque remissivè.
- 24 Interesse dividi in extrinsecum, & intrinsecum.
- 25 Interesse intrinsecum quod dicatur.
- 26 Et quod extrinsecum.
- 27 Interesse intrinsecum, hoc est, ipsa estimatio rei, in quolibet contractu debetur à tempore moræ.
- 28 Interesse extrinsecum, ex quo tempore debeatur, ubi distinguitur inter contractus bonæ fidei, & stricti juris, & vide infra n. 59. & n. 65.
- 29 Interesse naturalè & rei coherens, quodam modo dicitur lucrum, quod mercator, & alius negotiari, & lucrari solitus pecunia sibi debita fecisset.
- 30 Ea ratione, quia lucrum illud consistit in proxima potentia pecuniæ, & ejus fructus quodam modo censetur.
- 31 Idcirco in materia nostra in consideratione habendum, modò interveniant ea, quæ mox dicentur.
- 32 Mercatoris pecuniam in proposito, majorem censeri habere estimationem, quam alterius, sicuti & triticum semini destinatum.
- 33 Mercatoris pecunia negotiationi exposita, vel alterius emptioni frugifera rei destinata, pluris valet, quam altera tantæ aliorum, & etiam ipsius, illi non ita exposita.
- 34 Interesse lucri cessantis exempla plura, remissivè.
- 35 Interesse lucri cessantis debetur mercatori, qui solitus est cum pecunia negotiari: Rationem vide infra n. 37.
- 36 Et in hoc scribentium omnium nullus dissentit, omnes potius unanimiter id probantur.
- 37 Sed inter plures alios, excellentioribus Andreas Gaill. & Joannes Corrasius elegantius, & aperius explicarunt, prout hoc numero adnotatur; ubi vide omnino, ne facile decipiaris in hac materia.
- 38 §. Cum per venditorem, l. si sterilis, ff. de actionibus empti, vera ratio redditur.
- 39 Interesse lucri cessantis, solito negotiari, quare denegetur, in l. ultima ff. de periculo; & commodo rei venditæ, ubi verus traditur illius rextus intellectus, & Joannis Corrasii, ac aliorum interpretatio novè rejicitur.
- 40 Interesse lucri cessantis petens, probare debet, se fuisse solitum negotiari eo tempore, quo debitor fuit in mora.
- 41 Interesse lucri cessantis peti non potest, ubi qui illud habere vult, nihil lucraturus esset.
- 42 Et ideo neque Doctor, Miles, vel persona Ecclesiastica, hujusmodi interesse pretendere potest; neque alius, qui cum pecunia, aut non vult, aut non potest negotiari: quod intellige, ut noviter, ac verè, & notabiliter declaratur infra, num. 46.
- 43 Quod etiam in mercatore solito negotiari procedere potest, intelligendo, prout Navarrus explicat.
- 44 Interesse lucri cessantis, solito negotiari, deberi, non solum in contractu mutui, sed etiam in aliis contractibus, in quibus a fortiori debet ejus lucri ratio haberi, maxime in contractu emptionis, & venditionis, ut in eo quidem liceat mercatoribus, lucri cessantis ratione, carius merces vendere pecunia credita, quam statim pecunia numerata vendidissent, modo interveniant ea, quæ Doctores requirunt communiter.
- 45 Interesse lucri cessantis deberi etiam non solito negotiari, si pecuniam, destinatam, vel ad emptionem prædiorum, vel censum, habebat, vel aliud lucrum speratum, quod ideo amisit, quia pecunia soluta non est: dummodo per probationem propinquam ostendat creditor se paratos habuisse venditores prædiorum, vel censuum, & reddituum: ut hoc numero per totum latius demonstratur. Praxis refertur; & quæ hæcenus ab aliis dicta sunt, in proposito congeruntur in unum. Et vide infra, num. 72. ubi Doctor Felicianus de Solis contraria sententia novè taxatur.

- 46 Ad ea, quæ dicta fuere supra n. 42. in utroque foro judiciali, & conscientie singularis, & vera declaratio adducitur.
- 47 Interesse lucri cessantis articulare debere in libello, ac postea probari: quod certissimum est, sic ut nullus Doctorum in hoc dissentiat.
- 48 Sed in modo articulandi, & probandi dissentiunt, ut hoc numero demonstratur, ubi ad finem sententia Authoris proponitur; & n. seqq. usque ad n. 57.
- 49 Interesse lucri cessantis in facto versari, ac difficilem probationem habere.
- 50 Utrunque tamen sit, probationem concludere debere ut lucri cessantis condemnatio fiat, nec solum præsumptivam probationem sufficere.
- 51 Interesse lucri cessantis, solito negotiari deberi, si saltem lucri probationem faciat eo modo, quem requirunt Authores adducti in secunda opinione relata supra n. 48.
- 52 Interesse lucri cessantis non probari, nisi per testes in ea re expertos, & sui dicti rationem certam reddentes.
- 53 Interesse lucri cessantis, etiam ubi plene probatum fuerit per creditorem, non debet fieri plenaria condemnatio, sed de summa interesse probata, aliqua diminutio fieri debet, ut hoc numero latius ostenditur.
- 54 Interesse lucri cessantis debetur non solum pro primo anno, sed pro sequentibus, in quibus interest, modò contractus duabus conditionibus justificetur, de quibus hoc numero remissivè.
- 55 Interesse interesse, aut lucrum lucri non deberi, etiam si mora debitoris intercedat.
- 56 Interesse omne solvendum in pecunia, remissivè: & ibidem quomodo sententia ferri, & executio ejus fieri debeat in interesse.
- 57 Interesse lucri cessantis ut debeatur, omnino necessarium esse, quod debitor in mora solvendi sit constitutus.
- 58 Nec valere pactum, quod ante moram interesse debeat.
- 59 Mora, cum agitur ad interesse, quando dicatur intervenire, ex sententia communi; & quando ex sententia Authoris: & numeris sequentibus ubi ad hujus rei explanationem, atque ut distinctè magis, quam alij faciunt, procedat, ipse nonnulla constituisse necessarium duxit.
- 60 Moram duobus modis committi, ex re, aut ex persona; & ibidem, quando dicatur ex re, vel ex persona.
- 61 Moram committi ex unica interpellatione, etiam extrajudiciali.
- 62 Moram committi, non solum per interpellationem expressam hominis, sed etiam per tacitam interpellationem extrajudicalem, que fit per diei appositionem, quoniam tunc dicitur diem pro homine interpellare, idque ex communi & recepta sententia.
- 63 Cui verè repugnant nonnulla, quæ hoc numero adnotantur.
- 64 Unde licet in judicando, & consulendo à communi recedendum non sit: tamen in puncto juris, forsitan verior erit Camilli Plaucij distinctio, an dies adjecta sit exactio, an solutioni pecuniæ, ut hoc numero declaratur.
- 65 Interesse lucri cessantis, in contractibus stricti juris non deberi ex tempore moræ, sed ex litis contestatione, verius esse in puncto juris, contra communem; à qua tamen durum esset in praxi recedere.
- 66 Interesse lucri cessantis, in foro conscientie debetur ex tempore moræ citra ullam expressam interpellationem, quando, ex signis, vel alio modo, de egestate creditoris, debitori constituitur.
- 67 Pro Interesse lucri cessantis, ab initio certam summam expressam in conventionem deduci posse, & consequenter licere creditorum ratione lucri cessantis, ante moram mutuatarii pacisci de tali interesse sibi solvendo, absque eo, quod contractus usurarius, aut palliatus

- palliatus videatur, necetiam quod mora præcesserit, idque ex sententia multorum Authorum, quos sequutus est Author, & numeris seqq.
- 68 Dummodo fraus, & dolus creditoris absit, ac verè sit lucrum cessans, conveniatque summa expressa quantitati, quæ verè interest.
- 69 Nec aliquid statim solvendum à creditore exigatur: maxime in mutuo.
- 70 Interesse lucri cessantis sub incerta quantitate, ab initio posse in conventionem deduci ex communi scribentium omnium sententia, sicut in hoc nullus dissentiat.
- 71 Interesse damni emergentis certâ summâ expressâ, ante moram mutuatarii in stipulationem, & pactum posse venire: nec in hoc esse controversiam, ut infra n. 75.
- 72 D. Feliciani de Solis opinio, contraria his, quæ Author supra n. 45, & 46. resolvit, noviter, sed verè quidem, & concludenter taxatur.
- 73 Damni emergentis exempla plura remissivè.
- 74 Interesse damni emergentis, variis modis probari.
- 75 Interesse damni emergentis, regulariter non deberi, nisi à tempore moræ, & hoc utriusque interesse commune esse.
- 76 Interesse damni emergentis articulare, & probari debere, & hoc esse utriusque interesse commune.
- 77 Interesse damni emergentis, ut debeatur, non sufficit probare quod debitor non solvit in tempore, & quod creditor pecunias sub usuris accepit, nisi justificetur, quod ob retardatam solutionem illas acceperit, ex quo possibile est ex aliis causis recepisse.
- 78 Sufficit tamen damnum verificari, nec est necesse actorem probare, quod si pecuniam habuisset, damnum illud non esset passus: nam ex quo constat de damno, præsumitur, quod illud non incurrisset, si pecunia debito tempore fuisset soluta.
- 79 Sed cum agitur ad interesse lucri cessantis, contra statuitur; nec enim sufficit constare, quod creditor desit lucrari, sed oportet probare, quod creditor verisimiliter, & quasi certitudinarie aliquid esset lucratus, si pecunia debita, ei suo tempore fuisset soluta.
- 80 Interesse damni emergentis, ut debeatur, non requiritur, quod actor solitus sit negotiari cum pecunia, sed in abstracto debetur; & tamen in interesse lucri cessantis contra statuitur, ut hoc numero explicatur.
- 81 De interesse damni emergentis, cum agitur, excigitur etiam interesse ipsius interesse, quicquid in interesse lucri cessantis contra dicatur.
- 81 Author pro hujus capituli enucleatione, tot, tantâq; originaliter, atque attentè prælegit ut ex ipsis facile posset integrum librum, aut plenum tractatum de interesse, contentus in hoc capite, ea, quæ frequentius accidunt, & magis necessaria sunt, tradidisse.

ut petatur an debeat esse certum, & quando dicatur certum: item, an requiratur, quod petens solitus sit negotiari, vel lucrari: quomodo illud probetur, deducatur, & consideretur, & quid necessariò probandum sit ab agente: de quibus omnibus, post ordinarios, & alios multos ab eisdem relatos, tractarunt latissime Rebuffus, Cagnolus, Curt. jun. & Berengarius in l. unica, C. de sententiis, quæ pro eo, quod interest, præferuntur, & lib. Joannes Bolognetus, qui tractatu, resolutione, & explicatione hujus materiæ, multos alios antecellit; idcirco videndus erit omnino, ex n. 106. cum infinitis seqq. usque in finem leg. Antonius Gabriel commun. concl. lib. 3. tit. de solutionibus, conclus. 10. Plotus de in litem jurando, §. 11. Afflictiis decis. 20, & 316. Rubeus in consilio 88. Mantua in cons. 185. per totum lib. 2. Capicij decis. 19. Pulchrenata in cons. 370. per totum vol. 2. Navarrus in manuali cap. 17. n. 111, & 112. Conrad. de contractibus, quæst. 30, & 33. Palacius eodem tract. lib. 4. cap. 4. Rolandus in cons. 35. vol. 1. Joannes Botta in consil. 67. ex num. 6. Gama decis. 110. ferè per totam, & dec. 156. num. 1. & decis. 218. num. 7. & 8. Didacus Perez in tit. 2. lib. 8. Ordinamenti, col. 10. & seqq. Joannes Gutierrez de juramento confirmatorio, l. part. cap. 2. ex n. 3. usque ad num. 9. Forcatulus dialogo 38, 42, & 43. Tiberius Decianus in consil. 2. n. 103. vol. 1. & in cons. 60. num. 43. & in cons. 84. n. 23. vol. 2. & in cons. 76. n. 6. lib. 4. Joannes Cephalus in cons. 85. ex n. 8. cum seqq. lib. 1. Cujacius lib. 9. observ. cap. 31. & lib. 16. cap. 34. Franciscus Burfatus qui optime, & eruditè loquitur in hac materia in cons. 68. per totum lib. 2. & in consil. 453. n. 35, 36, & 37. lib. 4. Menochius de arbitrariis libro 2. casu 119. & vide casu 120. Jacobus Mandellus de Alba in cons. 300. ex n. 9. usque ad n. 14. & in consilio 610. per totum, Joseph. Malcardus, qui plenissima, & absolute, atq; distincta manu scribit, idcirco in hac materia præ oculis habendus erit, & omnino legendus, de probationibus, tomo 2. conclus. 933, & 934. & 935, & vide etiam conclus. 930, 931, & 932. Joannes Vincentius Hondedei in cons. 50. per totum lib. 1. Hippolytus Riminaldus, qui plene, & eruditè (ut solet) materiam hanc pertractat, & in negotiis variis consultus, multa dicit notatu quidem digna in cons. 52. ex n. 31. usque ad numer. 36, & n. 40. usque ad n. 46, & n. 48, & 54, & 56, & 58. & in cons. 67. lib. 1. & cons. 218. num. 85, & 99, & 100, & 102, & 103. libro 2. & in cons. 281. ex n. 40. usque ad n. 56. lib. 3. & in cons. 304. & in consil. 346. eodem libro, & in cons. 399. ex n. 44. usque ad n. 47. & in cons. 426. ex n. 7. libro 4. & in cons. 804. num. 38, & 39. lib. 7. latius in consil. 815. eodem lib. ubi vide omnino: Gratianus regul. 243. per totam, Petrus Surdus de alimentis, tit. 1. quæst. 45. n. 28. & seqq. & num. 33. & n. 39. usque ad n. 49. Vincentius Caroc. de locat. & cond. l. part. de lucro cessante moroso, quæst. 1. fol. 39. & 40. Andreas Gaill. prædicatorum observ. libro 2. observat. 5. ex n. 14. cum seqq. & observat. 6. per totam D. Petrus de Barbofa, qui magistraliter & doctè in hac materia loquitur, & aliorum resolutiones percipit distinctè in l. 2. in princ. l. part. ex n. 44. usque ad num. 53. ff. soluto matrimonio & in l. de divisione, §. ex n. 25. eodem tit. Ludovicus Molina, vir quidem eruditus, atque ex Societate Jesu religiosus dignissimus, de justitia & jure, tom. 2. tract. 2. d. lib. 314, 315, 316, & 317. qui quoad utrumque forum, interius, & exterius, videndus erit omnino, ac cum eo Pater Michael Solon Valent. eodem tract. & tom. in quæst. 77. Divi Thomæ, art. 2. controu. 8. 9, & 10. ex fol. 671. usq; ad fol. 771. ubi nihil, quod in proposito excogitari possit, intactum reliquit, & tredecim conditiones congerit ad lucrum cessans petendum necessarias, ex fol. 739. usque ad fol. 757. Alphonsus etiam à Villagutta tr. de usur. q. 18, & 19. ex fol. 139. usq; ad fol. 184. ubi de omni interesse agit latissime, & dicta qu. 18. n. 27, 28. & 29. adducit omnes conditiones requisitas, ut quis tuta conscientia ratione interesse lucri cessantis ultra sortem consequi possit: &